

344.

Bündniß des Klerus und der Bürger von Köln mit den Geistlichen und Bürgern von Magdeburg, sowie mit verschiedenen Fürsten des Reiches, darunter auch Landgraf Ludwig, Markgraf Otto und Graf Dedo, gegen den Herzog Heinrich den Löwen. — Zeuge: Ludwig, Sohn des Landgrafen.

Bei Magdeburg, 1167 Juli 12. 5

*Hdschr.: Magdeburger Kopial (Saec. XV. in.) fol. 95^b. Haus- und Staatsarchiv Zerbst.
Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,367.*

In nomine sancte et individue trinitatis archidiaconi, abbates ac prepositi et universus clerus, nobiles et beneficiati ministeriales Coloniensis ecclesie ac burgenses eiusdem civitatis. Ne confederacio ac perpetue amicitie connexio, que stabiliter facta est inter 10 familiam sancte Coloniensis et Magdeburgensis ecclesie, alicuius ingenio aut per aliquam oblivionem possit dissolvi vel in irritum revocari, eapropter modum et ordinem, qualiter hec sancte societatis amicicia ad honorem utriusque ecclesie facta est, significamus et notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod pro confederacione ab utraque ecclesia, sicut litteris ac legatis invicem directis cognitum est, diu desiderata tandem con- 15 sumanda ac confirmanda preclari et illustres viri ad Magdeburgensem ecclesiam eiusque fideles et confederatos legacionem nostram susceperunt, videlicet Bruno sancti Georgii prepositus, comes Heynricus de Arnesberg, comes Hermannus de Saphenberch et Heynricus de Folcmüdestein, quatenus idem prepositus illius ecclesie prioribus pro nostris, comites vero nostri illius ecclesie nobilibus ac ministerialis noster iam dictus Heynricus 20 illius ecclesie ministerialibus pro nostris et pro burgensibus desiderate amicicie confederacionem et perpetuam stabilitatem sponderent et prestarent et eiusdem rei vicissitudinem ab illius ecclesie personis cum omni firmitate reciperent. Igitur iam dicti nuncii nostri ad civitatem Magdeburgensem pervenientes a venerabili domino eiusdem civitatis archiepiscopo Wychmanno et universis principibus ibi tunc congregatis honorifice suscepti 25 sunt, deliberatoque ex utraque parte communi consilio et pretaxata forma, sub qua nunquam subtilius et utilius excogitari potuerit, ut hec amicicia indissolubiliter connecteretur, prepositus Brūno ex parte priorum et universi cleri nostri memorato archiepiscopo Magdeburgensi, marchioni Alberto, Ludewico lantgravio, marchioni Misnensi Ottoni, marchioni Brandenburgensi Ottoni et comiti Dedoni dextera porrecta in fide promisit et super sacro- 30 sancta ewangelia iuramento firmavit, quod dominus Raynoldus nostre civitatis archiepiscopus fedus amicicie, quod litteris et legatione promisit domino Wychmanno et principibus, qui ei confederati sunt, observet et post reditum suum ab Ytalica expeditione omni certitudine, qua debeat, corroboret, et quod universa familia Coloniensis ecclesie cum familia Magdeburgensi in una ac pari voluntate semper permaneat. Deinde comes Heyn- 35 ricus de Arnesberch et dominus Hermannus de Saphenberch et Heynricus de Folcmudesteyn secundum formam promissi et iuramenti prepositi Brūnonis eisdem principibus in fide promittentes super sacras reliquias iuraverunt, quod nobiles, beneficiati, ministeriales et burgenses nostri cum nobilibus et beneficiatis ac ministerialibus et civibus Magde-